

Franckesche Stiftungen zu Halle

Christologia Concordans Evangeliorum Occasione Responsi Summe Rever. Dn. Valent. Ern. Loescheri S.S. Theol. D. & Superint. Dresd. &c. nec non ...

Winckler, Balthasar

Bernburgi, MDCCXXVIII.

VD18 13484893

Dissonantes Sententiae In Doctrina De Persona Christi Protestantium
Harmoniam Turbantes ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199360)

DISSONANTES

SENTENTIÆ

IN DOCTRINA

DE

PERSONA
CHRISTI

PROTESTANTUM HARMONIAM

TURBANTES,

RELATIONUM INNOCENTIUM

AUCTORIBUS EARUMQ. DIRECTORI

EXCELL.

DN. D. LÖSCHERO,

SUPERINT. DRESD. GRAVISSIMO &c.

IN

EPISTOLA PRIVATA

NUNC LUCI EXPOSITA

INGENUE

INDICATÆ

A

BALTH. WINCKLERO,

CÖNNERIENSI.

SERVESTÆ, LITERIS GYMNAS. ANHALT.

SE

G

M
R

D

D

SERENISSIMO PRINCIPI AC POTENTISSIMO DOMINO

DOMINO
GEORGIO
LUDOVICO,

MAGNÆ BRITANNIÆ
REGI, ROM. IMPERII ELECTORI
BRUNSV. AC LUNEBURG.
DUCI

DEFENSORI FIDEI
ETC. ETC.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

OMNEM A DEO GRATIAM!



SERENISSIME REX

CLEMENTISSIME DOMINE



NUllum imperium esse tutum, nisi benevolentia munitum, nihilq; tam facere ad animorum aut aversionem aut conjunctionem quam de religione aut dissensum, aut consensum, magna etiam Britannia saepe suo malo experta est, quae ne rursus veteres calamitates subiret MAJESTATEM TUAM votis omnibus adoptatam cum exultatione omnium exosculata est: quod gaudium ut proprium
Esper-

Es
rio
ten
faz
jub
un
sen
tis
fir
die
big
ni
nu
m
tr
qu
Ca
be
m
in
ge
v
pr

Et perpetuum sit, Protestantes omnes se-
rio precamur Et speramus. Erit au-
tem perenne, si clementissimum Numen
faxit, ut Lutheranus Rex Et Reformati
subditi ac simul nos Protestantes omnes
una inter nos sententia de religione con-
sentiamus. Id quod cum a tot prestan-
tissimis viris Britannicis quoque fru-
stra haecenus tentatum, quamvis ho-
die desperent ferme omnes, ego tamen
hisce denuo experiri sustineo in Britan-
nia Tua Et totius Ecclesiae nostrae bo-
num certissimum ex ingenito in Ger-
maniam Et Britanniam utramque pa-
triam meam amore Et studio. Avus
quippe meus maternus Alexander Caik
Capitaneus Suedus, natione Scotus, E-
berthuriensis, cum post tricennale ger-
manicum bellum militia misus rediret
in patriam in hoc Conaria Magdebur-
genfi oppido morte exclusus Et quod Cal-
vinista exosus esset, camiterio publico
prohibitus, sed tandem post munuscu-
lum

lum Pastori missum in abjectorum loco
sepultus, saepe mihi puero ab Avia dice-
retur, tanto dolore percussit illico ani-
mum, ut per omnem vitam meam in.
Reformatorum religionem inquisive-
rim: numne tam pestilens error sit, ut
cælo & terra interdicit? & numne ullo
modo possibile sit, ut inter Protestantes
iniri possit concordia & mutuus amor?
Quam ob rem in studiorum cursu adii
Juliam celeberrimam pacis admini-
stram, quæ cum in tam contractis re-
bus in multis animum non expleret, i-
psemet omni mentis contentione in id
incubui, num ulla ratione perrumpere
possem, in qua re dissensionis nodus &
concordiæ cardo versaretur! Id quod
cum me attigisse crediderim, bono &
pio animo studiola hæc mea MAJE-
STATI TUÆ ex debito & Ecclesiæ
& Patriæ meæ officio, ea, qua decet,
animi devotione consecro. Annuat ve-
lim Majestas Tua captis clementissime,
& ut

Et ut Lutheranis addictissimus, ac Re-
 formatis amicissimus Rex sed eas inter
 utrosque æquisimus, Et ut amborum
 copula animos in æternum devincias!
 Britannos Vestros Theologos Protestan-
 tium prudentissimos, moderatissimos,
 ac a Lutheranis ut parum a se differen-
 tes semper laudatos, absque omni dubio
 Et causæ huic Et concordie Et mihi tam
 ingenuæ Et amice, ut a nullo unquam
 Lutheranis unquam factum, Reformato-
 rum causam agenti, habuero benevolen-
 tissimos. Optimus quisque Patriæ Et
 Ecclesiæ filius omni mentis Et opum vi
 nobiscum Religionis paci serviet, quo-
 niam vere in ea animorum motorum
 quies Et inde inprimis Britannia pax
 Et Ecclesiæ nostræ salus unice sita est.
 Divina credo providentia tanto vere
 regi operi destinavit Te Augustissimum,
 longe sapientissimum Et Clementissi-
 mum Regem medium inter Utrosque
 Protestantes utrisque Charissimum, ut
 sub

*sub Praesidio & Sceptro Tuo tanta res
confecta Nomen Tuum illustrissimum,
consecraret aternitati. Tua ergo Se-
renitatis nostraeque omnium maxime,
interest, nullis hic parcere sumtibus,
nullis curis & studiis, nulli gratiae ac
Favori, cui me studiaque mea irenica
submissione devotissima, divina vero
Clementiae piis precibus Majestatem
Tuam commendo*

MAJESTATI TUAE

Conariae Cal. Januar.
M. DCCXV.

Servus subjectissimus

Balthaf. Winckler,

Conariensis Saxo

& ex Matre Scotus.

con
per
ab
tion
laci
nat
libe
mn
ind
Pap
pef
tun
ma
tun
fie
cuj
ran
fex

MAXIME REVERENDI &c.

HONORATISSIMI DOMINI &c.

Graviter, sed haud merito meo, Relationes vestrae me reprehendunt, quod unionem cum Reformatis ut summopere expetendam commendarem. Nam si paululum saltem perpendere vobis libuerit, quantum impedimenti ab infausta Protestantium discordia Reformationis tempore Evangelio objectum, quantum lacrymarum Ecclesiae & Patriae, quantum ab ienationis Principum, subditorum, parentum, liberorum, conjugum, amicissimorumq; etiamnum hodie ex ea exortum, quantum periculi inde nobis adhuc impendeat non minus extra a Papæis, quam intra Illium a fanaticis quibusdam pestiferos secure disseminantibus errores quantum deniq; peccatum sit hoc teterrimum schisma, quod Deum, Christum & fidem Protestantium divisit, ac filios unius Dei Patris & Ecclesiae matris in hostes irreconciliabiles convertit, cujus ve excitati vel continuati criminis Lutherani tamen nondum prorsus absoluti. & quam sexcenta alia sint mala; contra ea, quantum ro-

A

bur

bur Ecclesiæ & totius Europæ libertati, quantus terror antichristo, quam felicissimus Evangelio cursus e concordia sperandus, nullum credo Viris clarissimis reliquum fore dubium, quin eam & studiis & votis omnibus promovendam statuamus. Sed talem, inquitis, pacem, quæ nihil habeat insidiarum, quæ planis & perspicuis verbis sine ullo recessu componat motus! Sed nec aliam egomet quæro. Verum cum Veritas controversiarum utriusque partis inter res nondum dijudicatas habeatur, quæ non ex utriusque partis Confessionibus & formulis partium locum obtinentibus, sed e solo Scripturæ canone haurienda, ut hinc solummodo illa illi parti adjudicetur, quæ per omnia divinis oraculis dogmata sua probat consona, in Lutheranorum vero doctrina haud paucula sint, quæ Reformati & Lutherani ingenui, ut pacis obstacula, jure suo accusant, quibus salva fide & scripturæ reverentia accedere nequeant, decebit omnino Ecclesiæ nostræ Doctores, ut perspicuis fundamentis sua usquequaque ut scripturæ conformia conscientis omnium approbent, si quod erratum ingenue corrigant, & omnes scrupulos amoliantur, quo & faciliorem ab alienatis reditum concilient, & suos cespitantes plane & plene de sua edoceant sententia, nisi velint ut pacis ofores de schismate deterrimo continuato gravissimam olim & posteritati & Christo iudici reddere rationem. Opinamini quidem nullum inter Lutheranos de motis istis contro-

versis

versus superesse dubiū, sed in hoc immane quantum fallitis. Quod si me non novatoris crimini obijcere velitis, exponam libere & ingenue ea *Dubia* nunc tantum de PERSONA CHRISTI, quæ & Reformatorum & Lutheranorum pias mentes premunt, hac conditione, quoniam in Relationibus vestris me quoque incusastis, quod unionis causam nondum prorsus cognitam perspectamque habeam, ut dubiis istis probe consideratis me edocere haud dedignemini, quomodo dextre expediri queant: tam certus enim sum, quam qui certissimus, Reformatos his obstaculis remotis lubentissime in doctrina nostra esse acquieturos.

§. I. Diu multumque in Protestantium controversias inquirens, deprehendi hoc errore eos imprimis teneri, quod neutra pars alterius sententiam plene intelligat, idque duabus præcipuis de causis: una earum est, quod sententia Reformatorum vera non minus a Reformatis quibusdam tam incommodis loquendi formulis proposita, quam a Lutheranis detorta sit, ut ne millesimo quidem satis certe ea, & verus controversiæ status constiterit; altera vero est, quod Lutherani Formulæ addicti veram quidem & ab antiquitate acceptam sententiam teneant, sed ubiquitatis opinione atque ad hanc primitivæ Ecclesiæ testimoniis pertractis tam intricatam illam reddiderint, ut difficillimum sit, hanc ab illa secernere.

§. II. Patet hoc obiter saltem percurrenti
controversiam DE PERSONALI UNIONE, de qua
frequens est Lutheranorum querela, Reformatos cum Nestorio negare *subsistentiam Filii Dei
carni esse communicatam*, & cum eo statuere unionem naturarum fieri tantum per λόγος gratiosam *inhabitationem* sanctis, aut *sustentationem* creaturis communem, adeoque unionem accidentalem & dissolubilem. Verum satis mirari non potui, postquam e DN. D. STRIMESII ingenuissimi Viri ingenua Inquisit. p. 694. intellexi, Reformatos unanimiter cum Lutheranis credere unam tantum Filii Dei personam, quæ duas naturas divinam & humanam indivulsi, inseparabiliter & indistincte iis præsens semper & ubique terminet, ita ut λόγος totus sit in divinitate & assumpta carne, & nunquam & nusquam extra eam, sed tamen etiam inconfuse & inconvertibiliter, ut per hanc hypostasin nec divina in humanam mutetur, nec humana divinæ exæquetur, sed illa in sua infinitate, hæc in sua finitate & dimensionali essentia in æternum permaneant, atque hinc cum Lutheranis se omnes Arian, Nestoriani & Eutychis errores sine fraude damnare: hunc vero tantummodo verum esse controversiæ statum: *num subsistentia λόγος carni ita communicata sit, ut IPSAMET essentia humana in abstracto illa divina subsistentia subsistat* seu se personet? hoc unicuique tantum negare Reformatos. In quo quidem cum quovis sano non potui non ipsis accedere. Nam (1) τὸ subsistere est actio; omnes

on
ju
tri
fle
tre
inv
ne
K
pa
riu
&
no
no
fle
spe
qu
Ch
ma
qu
am
&
teg
&
pli

ca
sta
mi
cu
λό
ver

omnes vero actiones & passionēs, B. Luthero iudice F. C. p. 772. non naturis sed personis sunt tribuendæ. (2) Si naturæ ipsæ in Christo subsisterent, seu se personarent, utique in eo duæ vel tres personæ essent. (3) Sic rerum ordo prorsus invertitur; nam in persona non subsistit essentia nequidem divina nedum humana, quæ ipsa D. Königio teste Theol. pos. p. 126. & 128. se *mere passive & obedientialiter* tantum habet; sed potius vice versa, persona subsistit in essentia divina & humana easque in unam personam terminat, non vero essentia se determinant in personam; non essentia assumerunt personam, sed subsistentia assumpsit & habet essentiam. Hinc perspexi detortam esse F. C. p. 763. phrasin & ubi-quitatem in recessu habentem: quod *in Persona* Christi simul personaliter ambæ divina & humana naturæ assumptæ & unitæ sint & *subsistans*; quæ si sic redintegretur, quod *Persona* Christi in ambis divina & humana naturis assumptis *subsistat*, & sic eos uniat, ita, ut post incarnationem ad integram Christi personam non modo divina sed & assumpta humana pertineant; nihil sane amplius Reformati tricabuntur.

§. III. Eodem errore implicata est *communicatio naturarum*, de qua falsus hic controversiæ status in omnibus Lutheranorum libris inprimis in Conc. Form. nobis traditur, Reformatos cum Samosateno & Nestorio statuere divinam λόγος personam aliam ab homine Christo fuisse, verbum tantum in Christo habitasse, & eum su-

stentasse, duas in Christo naturas seorsim tanquam duos asferes compositos inter se incommunicabiles fuisse, Nestorii errorem itidem in negatione communicationis naturarum & idiomatum constituisse &c. & uti Excell. DN. D. LÖSCHERUS, in Adresse p. 24. Lutheranorum omnium ore conqueritur: Daß sie noch lehren (1) nur eine Vereinigung/ nicht aber eine Mittheilung der Naturen. (2) Keine eigentliche Mittheilung der Eigenschafften. (3) Daß die menschliche Natur also aus der Persönlichen Vereinigung mit der Göttlichen nicht sey allgegenwärtig/ sondern nur gewisse Gaben ex unionis gratia habe/ so von den Göttl. Eigenschafften unterschieden. Womit sie verläugneten (1) die Menschwerdung selbst/ denn wegen der blossen Vereinigung könne nicht wahrhaftig gesagt werden/ daß das Wort Fleisch worden Joh. I. Es werde (2) das Wesentliche Consequens der Vereinigung nehmlich die Mittheilung der Naturen entzogen/ und folglich geläugnet/ daß ein Christus sey/ und werden aus 2. Naturen/ die nichts miteinander gemein haben ein zusammen gesetzter Christus gemacht. (3) Werde verläugnet die Mittheilung der Eigenschafften/ daß Gott sein Blut vergossen/ Act XX. Daß Christo alle Gewalt gegeben/ Matth. XXVIII. in Ihm alle Schätze der Weisheit/ Col. II. und die ganze Fülle der Gottheit leibhaftig sey/ Col. II. (4) Die Antwort der Reformirten sey unrichtig: Es wäre der Person Christi die Naturen und ihre Eigenschafften mitgetheilet/ so fern sie an und vor

vo
ha
wo
da
Ma
che
nid
wo
Ma
Pe
ste
Ta
rea
Str
p. 1
han
Co
Fil
ras
&
bus
&
pro
nal
e c
do
re
pri
can
tia
illa

vor sich selbst betrachtet werde / die göttl. Person
 habe ihr Blut vergossen / erfülle alles / in der Person
 wohne die Fülle zc. denn also wäre zu befürchten /
 daß sie aus der Person Christi etwas von denen
 Naturen getrennetes / oder eine dritte Natur ma-
 chen möchten / zc. die Fülle der Gottheit wohne ja
 nicht in Christo / so fern Er Gott ist / (denn nichts
 wohne in Ihm selbst) wo sie nicht auch so fern Er
 Mensch ist / in Ihm wohne / so würde sie nimmer der
 Person nach in Ihm wohnen / oder die Person mü-
 ßte was anders seyn als G O T T und Mensch.
 Tales talia horrenda sentientes quis non abhor-
 reat? Verum postquam e Reverendis. Doct.
 Strimes. Inquis. p. 698. Entwurff der Vereinig.
 p. 17. accepi Reformatos una cum Lutheranis
 hanc veram antiquitatis sententiam, attestante
 Colloquio Lips. ingenuè confiteri, quod *Persona*
 Fili Dei in *concreto* non solum uniat duas natu-
 ras, sed & habeat communicationem verissimam
 & realissimam & essentialem cum naturis amba-
 bus earumq; proprietatibus, seu participet vere
 & realissime de divina & humana natura earumq;
 propriis, & se hinc statuere propositiones perso-
 nales & idiomaticas æque reales non verbales:
 e contra simul ac perspicuus Lutheranos ortho-
 doxæ huic sententiæ falsissimam hanc immisce-
 re: In *Persona* λόγος naturæ ipsæ earumque pro-
 pria in *abstracto* se ipsas uniant & communi-
 cant, ut altera permanens quidem in sua essen-
 tia per unionem & communicationem tamen
 illam abstractivam quoque ita in alterius naturam

& proprietates transeat, ut altera fiat & dicenda sit divina in essentia sua, sed ob participationem humana, seu *divinitas incarnata, caro facta*, & humana fiat divina, seu *humanitas deificata* a juxta Brev. Scherz. §. 49. & cum idiomata a naturis suis inseparabilia, ut hinc humana per se dimensionalis e communicata omnipræsencia quoque sit in se omnipræsens, infinita, illocalis in abstracto; & ultimam hanc puram putam Eutyichianam conversionem Reformatos solummodo negare: Inquisit. p. 695. tunc non potui non tam miserabilem Ecclesiæ confusionem ægre ferre, qui fieri potuerit, ut tot politissimi Viri ei adstipulati sint, utpote quæ & in acutissimi Dn. D. Löscheri verbis adductis apparet, cui æquipollet: verbum factum est caro, & divinitas verbifacta est caro; DEus effudit sanguinem, &, divinitas Filius effundit sanguinem; Filius hominis est omnipræsens, omnipotens, & humanitas Filii est omnipræsens &c. quasi vero *incarnationis formale* situm sit in unione & communicatione naturarum & idiomatum, qui communis error est Lutheranorum, cum ponendum sit, juxta D. Deutschm. in Comp. Hutt. in *communicatione substantiæ* essentiis & naturis, qua mediante & nature uniuntur & communicationem habent. Atqui hæc confusio doctrinam Lutheranorum de Persona Christi effecit tam obscuram, ut de me cum aliis libere confitear, me nunquam satis eam potuisse intelligere, nedum Lutheranorum & Reformatorum mentem ab antiquitatis orthodoxia discriminare.

§. IV.

§. IV. Implicatur *communicatio Idiomatum*
 (1) *triplici genere* minime ab antiquitate sic tra-
 dito, quorum *primum* prædicet *propria* de per-
 sona *in concreto*; *secundum*, aliqua ex propriis di-
 vinis majesticis v.g. omnipræsentiam de Per-
 sona *in abstracto* h. e. de humanitate; quasi sola
 humanitas in abstracto persona sit; *tertium*
 prædicet *operationes* de *Persona*, ita tamen ut
 ad divinas quoque humanitas concurrat active
 e communicata majestate; quæ omnia primo
 obtutu absurditatem produnt. (2) *Status Con-*
troversie involutione, quasi Reformati nullam
 prorsus idiomatum communicationem realem
 statuunt, cum tamen iidem cum F. Conc. p. 770.
 perlubenter concedant, quod propria cujusque
 naturæ non alteri seorsim quasi separatæ sed *toti*
personæ in concreto, quæ simul Deus & homo est,
 verissima realitate tribuantur, sive Deus sive ho-
 mo nominetur, quæ tamen nec sint nec fiant
 simul utriusque naturæ propria, scriptura palam
 restringente particulis carne & spiritu personæ
 actiones & passionem ad eam naturam, cui essen-
 tialiter competant; ut proinde pro veris habeant:
 Deus & passus, homo Christus est omnipræsens;
 pro falsis vero: divinitas Christi est passa, hu-
 manitas ejus est omnipræsens, ante Abraha-
 mum; & explicationem B. Lutheri sine fraude
 amplectantur, F. Conc. p. c. Filius Dei patitur,
 etsi enim una ipsius pars nempe divinitas non
 patiatur, ea tamen persona, quæ Deus est, pa-
 titur in altera sui parte, nempe humanitate;

revera enim Filius Dei pro nobis est passus, h. e. persona quæ Deus est; ipsa enim, ipsa, inquam, *Persona* est crucifixæ secundum humanitatem. Quidni liceat quoque dicere! Filius hominis est omnipræsens, sanguis ejus est infinitæ virtutis, scil. juxta alteram personæ partem nempe divinitatem hujusque propria. Ast Reformatos hoc unum tantum refugere, evolvit nobis laudatissima Inquisitio p. 697. num scil. humanæ Christi naturæ in abstracto communicata sint idiomata divina, subjecto & prædicatis synonymice, præcise & usitate intellectis, quæ humana natura in essentia sua aliquid est & esse dicitur, & quæ attributa sint ipse Deus divinaque natura, nec Deo juxta rem sed meram rationem paronyma, adeoque uti subsistentiam divinam & essentiam sic quoque proprietatem ejus in abstracto ita communicata, habeat, ut per illas ipsa sit persona, & essentia divina & omnipræsens repletive, ipsa in essentia sua æterna ante Abrahamum &c. propter rationes solidissimas hæc; (1) Quia talis communicatio mera eutychiana mutatio est naturarum. (2) Quia, quæ *formam* suam plane imperceptibilis, quod humanitas in natura sua finita, localis, & communicata divinitate ipsa quoque in natura sua fiat omnipræsens, illocalis; quod cum essentia divina ejusq; idiomata quoad rem idem sint & communicato uno omnia communicari intelligantur, cur humanitas solum omnipræsens & non simul infinita, æterna &c. & sit & dicenda? imprimis cum Deus purus actus,

ubi

ubi
jun
nat
qu
an
qu
pra
efe
(3)
per
run
tan
can
die
blo
fob
tun
zu
ric
ne
fec
in
pr
ni
N
na
m
ne
co
ut
ni

ubi usurpatione in possessione non cessat: qua *ad-*
juncta ipsis *incerta* tum quoad *originem*, num e
 naturarum unione an ex exaltatione sit? tum
 quoad *extensionem*, num solum qua possessionem
 an etiam usurpationem, num reciproca utrius-
 que naturæ, an solius humanæ sit! tum quoad
prædicationem, num sola operantia, an etiam qui-
 escentia prædicanda? in casu recto aut obliquo?
 (3) Quia *niritur falsa hypothesis, formale* unionis
 personalis situm esse in communicatione natura-
 rum & idiomatum non quidem utriusque sed
 tantum divinæ active se habentis & communi-
 cantis se humanæ se deificari patienti, alias werde
 die Menschwerdung verläugnet/ als welche durch
 bloße persönliche Vereinigung der Naturen nicht
 könne geschehen seyn/ sonst mache man aus 2 Na-
 turen/ die nichts miteinander gemein haben/ einen
 zusammen gesetzten Christus mit Ario & Nesto-
 rio &c. cum tamen constet in communicatio-
 ne hypostasis, quæ nullatenus *nudum nihil* est,
 sed illud ipsum vinculum, quo naturæ uniuntur
 in unam personam & ipsæ naturæ earumque
 proprietates inter se veram & realem commu-
 nicationem habent in concreto, quod Arius,
 Nestorius cum Eutyche negarunt. Si autem
 naturæ ipsæ cum propriis se unirent & com-
 municarent, non aliter nisi vel per generatio-
 nem vel emanationem, vel confusionem aut
 conversionem unius in alteram id fieri posset,
 uti Eutyches voluit: deinde si incarnatio non
 nisi per reciprocam naturarum abstractivam
 com-

communicationem facta, sequeretur, nec humanam divinæ vere unitam esse, nisi & ea cum propriis ita communicata sit, ut & divinitas in abstracto sit humanitas, visibilis, localis, pasfa; inprimis cum Scriptura magis apparenter in hoc posteriori incarnationis mysterium ponere videatur, dum Joh. I. 9. ait; Deus factus est caro; nunquam contra, quod caro facta sit Deus seu deificata. (4.) Quia *Responsio* Reformato-
rum *depravatur*, quasi propria tribuant personæ in concreto quatenus ea per se ut aliquod tertium essentiale consideretur, cum tamen ea per *ἀντίδοσιν κατ' ἄλλο*, relative, cum tota antiquitate ei tribuant, quatenus hæc persona alteram etiam naturam terminat. Sic hæc persona Deus *λόγος* est caro, effudit sanguinem, non per se, ut est persona, nec *κατ' ἰδίαν* quatenus divinam essentiam terminat, sed *κατ' ἀντίδοσιν*, quatenus habet humanitatem ejusque propria: vicissim hæc persona Homo Jesus est DEUS, est omnipræsens, non per se nude, ut est persona, nec *κατ' ἰδίαν*, quatenus humanam naturā terminat, sed *κατ' ἀντίδοσιν*, quatenus hæc persona etiam deitatem terminat, cui omnipræsentia essentialis est. Quæ in vexatissimo Col. II. loco pulcherrime conjunguntur. *ἐν αὐτῷ* persona Christi inhabitat plenitudo Deitatis *σωματικῶς*, quæ vox non respicit abstractum humanæ naturæ, aut corpus solum, sic enim dicendum, in corpore Christi habitat deitas corporaliter, corporeo
natu-

natur
cit p
non
Salon
ctis,
Veto
caru
term
sona
nitu
per
fed
stali
esse,
cæ si
cum
nere
alias
fed
sent
sepa
effec
se m
καὶ
nim
evac
ria,
latic
cari
glor

naturali modo, uti anima in corpore, sed respicit plenitudinem deitatis, quæ in hac persona sit non umbratiler (annotante D. Calovio) ut in Salomonis templo, non πνευματικῶς, ut in sanctis, sed σαρκικῶς, vere & substantialiter, (uti Veteres Deum οὐσία h. e. essentiam veram vocarunt) quia est de essentia hujus personæ, quæ terminat deitatem: inhabitat vero respicit personam, quatenus terminat humanitatem, sic plenitudo divinitatis huic non est essentialis, nec per communicationem transiit in ejus essentiam, sed ei inhabitat, scilicet mediante divina hypostasi, quæ in æternum, postquam incarnata, nec esse, nec fingi potest sine deitate, ita omnes triæ sunt expeditæ. (5) Quia confundit idiomata cum Majestate divina, utraque sub secundo genere idiomatum comprehendens, cum tamen alias dicat prædicatum secundi non esse ἰδιώμα, sed ἀξίωμα: illud v. g. omnipræsentia, cum essentia identificatur & ab ea & persona nunquam separari aut deponi potest, hoc vero potest ut effectum naturæ idiomatumque, uti Filius Dei se majestate divina prorsus evacuavit, non nuda ἀποκρυψῆς seu dissimulatione coram hominibus minime expiatoria raptæ deiformitatis, sed κενώσεως evacuatione omnimoda vera ac reali voluntaria, eaque coram Deo, quæ per solam dissimulationem fieri nequit. Voluit Christus glorificari (in persona secundum humanitatem) ea gloria quam habebat apud Patrem (persona secundum-

cundum divinitatem) Joh. XVII, 5. Ergo in exinanitione eam gloriam persona λόγος in humanitate subsistens non habebat apud Patrem, essentiam vero divinam & ejus proprietates nunquam deposuit, quippe in sinu Patris erat, in cælo & terra replete: & si per formam servi & Dei ipsa humanitas & divinitas intelligenda esset, tum in incarnatione deitatem & propria ejus, in exaltatione vero humanitatem deposuisset, annotante Scherzero: e quo absurdo concludi potest, majestatem datam nec divinam naturam, nec idioma ejus esse, nec probare unionem & communicationem naturæ divinæ factam esse humanæ ita, ut in hujus naturam transierit.

§. V. Transimus ad UBIQUITATEM unicam confusionis causam, quam modo ut idioma, modo ut *αἰτία* communicatam carni ait, cujus. (1) *Subjectum* est perplexum. Q. num *Christus* qua *homo* sit *omnipotens*? ponitur concretum, homo, & subintelligitur dolose abstractivè: num *humanitas* Christi sit omnipræsens? quasi Christus alius sit qua Deus, alius *qua homo*! vel quasi sola humana natura sit homo, obumbratis hoc chaos distinctionibus perplexis inter *personam simplicem* & *compositam* (quasi duæ fuerint personæ,) inter *concretum personæ* & *naturæ*, quasi vox DEUS aut homo de Christo prædicata significet abstractivè unam tantum naturam absque persona, cum tamen
sem-

sem-
den-
tern-
patr-
hom-
cum
que
com-
opp-
con-
tion-
mih-
tis, n-
fona-
a co-
stus
ergo
mon-
fine
Chr-
& ex-
ut al-
nes
essen-
ergo
ἀντι-
tia
com-
Chr-
stus
cun-

semper sive Deus sive homo nominetur, una eademque persona intelligatur utramque naturam terminans, quæ Deus est, prout genita est a Deo patre cum communicatione essentiae divinae, & homo est, prout genita est ab homine matre cum communicatione essentiae humanae, adeoque nunquam simplex absque natura, nunquam composita e naturis, nunquam abstractivè cum oppositione ad alteram naturam, sed semper concretivè identitatem personae cum connotatione alterius naturae denotans. Sic Matth. 28. mihi (personae habenti humanitatem) explicatis, mihi, (naturae humanae) it. Col. II. in eo (persona) intelligitis, in natura humana, perperam! a concretis ad abstracta N. V. C. Homo Christus est omnipræsens, heri & hodie, ante Abram; ergo & humanitas ejus! æque *ἄνθρωπος*: homo est mortalis, ergo & anima ejus. Si sola humanitas sine persona spectaretur ut subjectum, ut sic Christo omnia data in tempore intelligerentur, & exaltatio & exinanitio per allæosin quandam ut affectio ejus consideraretur, tunc omnes actiones & passionis Christi solius naturae humanae essent, & per consequens non mediatoriae. Aliud ergo est: Christus homo est omnipræsens per *ἀντιδοσιν* juxta divinam naturam & omnipræsentiæ proprietatem in persona humanae naturae communicatam, quod conceditur: aliud vero: Christi humanitas est omnipræsens, seu, Christus qua homo est omnipræsens, æternus, secundum humanam naturam & communicatione
omni-

omnipræsentem, æternam in se factam, quod negatur. (2) *Prædicatum* æque *involutum*, quod fit *essentiale* Dei attributum, non quidem immensitas, sed *ubiquitas* seu omnipræsentia cum respectu ad ubi, in quibus omnibus sit humanitas repletive, illocaliter, & quidem quoad essentiam ipsam intrinsece, proprie & formaliter, quamvis non ex essentia suæ sed divinæ proprio communicato: non enim quæritur: num humana Christi natura *nar' ante* per communicatam in persona essentiam divinam ejusq; omnipræsentia attributum sit omnipræsens? verum hic quæritur de essentia Christi humana & omnipræsentia essentiali divina, proprie ubique sumtis; & sic recte negatur, quia tale *essentiale* Dei attributum, quod ei per essentiam, formaliter intrinsece & proprie competit, nulli creaturæ communicari potest proprie & per essentiam, nisi ea quoque in Dei essentiam convertatur, (quia attributum DEI cum essentia DEI idem est,) nec enim tale quid proprie & intrinsece ipsum fieri aut dici potest, quod tale non est, aut per essentiam tale fieri non potest, uti aqua in essentiam vini conversa proprie fit vinum. Stat hic Reformationum assertum: finitum non est capax infiniti, seu non potest fieri per essentiam infinitum; contra Scherz. Instantiam, Brevic. p. 6. firmum, quod sic & illud in communicationem infinitæ hypostaseos retorqueri possit, quod nec ea carni Christi finitæ communicari potuerit proprie, formaliter & intrin-

intr
ver
illa
fed
& f
tia
nen
mun
& p
alte
scea
tion
the
qui
pro
per
tur
litas
eni
quod
div
hæc
tati
ean
car
uni
rati
ver
trib
ma

intrinsece; quia hypostaseos longe alia & diversa est ratio quam essentiae & idiomatum; illa enim non est aliquod tertium essentiale, sed sequitur suam essentiam, quam personat, & fit quod est essentia sua; id quod de essentia & propriis dici nequit, quæ proprie manent, quod sunt, & proprie alteri ita communicari non possunt ut maneat, quod sunt, & proprie tamen fiant quoque id quod est alterum, nisi aut convertantur aut commisceantur. Similia de unione & communicationis ignis & ferri, animæ & corporis hyposthesin talis communicationis non probant, quia ferrum non fit in essentia sua ignis, aut proprie in essentia sua lucet, sed ignis lucet per ferrum & in ferro, anima quoque operatur per corpus, nec tamen anima aut spiritualitas ejus in corporis essentiam transit. Hæc enim cum antiquitate & Reformati credunt, quod vi unionis hypostaticæ humana natura divinam hujusque propria possideat, & quod hæc in operando illa tanquam organo divinitati intime & personaliter unito utantur & per eam se exerant, nullatenus autem, quod ipsi carni intrinsece & formaliter insint & ita per unionem ei communicata uti Filio per generationem; neque enim, ut sunt B. Chemnit. verba L. de Duab. Chr. nat. c. 23. p. 330. ex attributorum personali communicatione humanitas Christi in se ipsa, aut secundum se,

B

essen-

essentialiter, aut per essentiam proprietate aliqua naturæ facta est omnipræsens, omniscia &c. sed quia assumpta humanitas attributa illa divinitatis λόγος personaliter sibi unita habet, ita, ut in illa & per illam operationes suas exerant, sicut de ferro ignito dictum est, ideo dicitur cum illis communionem habere. Hæc autem non ubiquitatis mens est. (3) *Prædicandi modus* est obscuratus distinctiunculis auctis quidem sed perplexissimis. Non Quærum Christus ut Deus secundum divinitatem essentialiter ubique sit? quod Arius negat, nec, num ut homo secundum humanitatem e communicatione conversiva ubique sit? nec, num ut homo ubique sit juxta divinam naturam per communicationem reciprocā? quod pius quisque sentit; sed, num ipsa Christi natura humana per essentiam suam proprie & formaliter, non quidem ex proprietate naturali sed divina communicata essentiali in omnibus ubi sit? Affirmatis hoc fingendo diversos Christi *subsistendi & adestendi modos*, (1) duplicem *qua Deus* (a) *essentiali actu* infinito, quo essentia ejus essentialiter, & (b) *personali actu*, quo persona ejus infinita personaliter ubique præsens sit, & hunc ultimum dicunt carni esse communicatum. (2) duplicem *qua homo* (a) *actu naturali finito*, quo humana ejus natura localiter, circumscriptive, visibiliter & comprehensibiliter, essentialiter præsens sit in

in
en
co
fer
cr
he
bu
fit
na
ut
du
na
qu
fer
per
gu
ad
pre
inc
per
ext
λόγ
ass
esse
div
fol
ad
sen
ma

in uno tantum loco, in utero, cruce, sepulchro, coelis, (b) *actu personali infinito* divino communicato, quo caro quoque omnipræfens subsistat illocaliter, repletive, ut omnes creaturas ambiat, circumscribat & comprehendat, sic, ut tam profunde & prope omnibus creaturis ut Deus adsit, & tam longe absit, quia cum Deo una & inseparabilis persona, ubicunque ea est, ibi quoque humanitas, ut hinc omnia plena sint Christi etiam secundum humanitatem: hinc ob hos diversos *actus* naturæ diversos quoque esse *respectus*, adeoque nullam contradictionem inter circumscriptum essentialiter & non circumscriptum personaliter, quia non eodem actu. Distinguunt (2) *interpretationem carnis* (a) *intimam* ad λόγον, qua indistanter ubique ubi λόγος sit, propter unionem personalem arctissimam, individuum & indissolubilem, ut divina λόγος persona nec esse, nec fingi, nec quæri debeat extra hanc cum carne unionem, quia totus λόγος ἀνέριστος incarnatus, ubi assumens ibi & assumptum: quod si autem quis dicat λόγον esse in aliquo loco, ubi non sit caro, statim sic dividat λόγον ἀνέριστον in ἀσάρκον & ἐνσάρκον solvens unionem personalem (b) *extimam* ad creaturas, qua caro actu personali ex essentia divina communicato in natura sua humana formaliter creaturis & locis omnibus

ubique indistanter adfit, ubiquitatis autoribus tamen incertis tum *qua originem*, num ex unione personali an exaltatione; tum *qua extensionem*, num quoad *possessionem*, & *potentiam* tantum in statu exinanitionis, & quoad *usum* & *actum* demum universaliter in statu exaltationis cæperit? num indistantia saltem in exinanitione, operatione vero demum post exaltationem? num sola *κρῖσις* in exinanitione vel etiam *κένωσις* plenaria? tum *qua formam*, num ex *actu* personali orta ubiquitas ad *potentiam solam* in exinanitione, vel etiam ad *actionem* in genere sit referenda? quæ omnia B. Lutheri argutiis F. C. p. 784. citatis, nituntur; ut certe ipsemet crediderim olim, me magnum tenuisse mysterium, quod inter actum naturalem & personalem distinguere nossem.

§. VI. Verum periculosissimas has distinctiones deprehendi: nam personalis subfistendi modus est B. Luthero teste (1) *abstratissimus*, quomodo inquit, corpus Christi sit in Deo extra omnes creaturas & cum ipso una persona, hic modus soli Deo notus est! Ergo ubique non tam audacter ubiquitas de eo asseri debuisset! (2) ipsi fatentur, *locum* & *ubi* ad hoc mysterium non pertinere. Filius enim Dei neque locus est, neque in loco, idem supra & extra omnia loca naturam humanam in personæ suæ unitatem assumpsit, quæ
in

in ipso citra omnem extensionem aut locorum
dimensionem ubique præsens est, & locorum
spatia unitatem personæ & duas naturas ab in-
vicem separare non possunt; quapropter ex
hoc mysterio omnes cogitationes de locorum
spatiis procul removendæ sunt & hoc quisquis
didicerit, magnos se fecisse profectus didice-
rit, iudice Hafenref. p. 149. (3) *Distinctiones*
istæ sibi ipsis tam sunt *contradictoriæ*, ut nul-
la ratione conciliari queant, nam quis conce-
ferit, duplicem subsistendi actum, & essentia-
lem & personalem, nisi & velit duplicem vel
triplicem personam esse, unam λόγος, secundam
divinæ naturæ, tertiam humanæ? quis conce-
perit corpus humanū per essentiam quantum,
factum locale, in ipsa exaltatione spiritui con-
tradistinctum & tamen per essentiam proprie
ex essentiali Dei attributo communicato simul
quoque illocale, infinitum esse? omnipræs-
entiam quidem *non* habere *in se*, sed tamen *in*
persona? ex *essentiali* Dei attributo ubique esse,
sed tamen non ex essentiali ejus verum *per-*
sonali actū? divinam naturam non personam
esse, & tamen personalem omnipræsentem
actum humanæ naturæ conferre? corpus non
personam esse, sed tamen personali actū ubi-
que subsistere seu personare? (4) Evertuntur
vel sic præcipui fidei articuli de incarnatione,
vita Christi in terris, morte, sepultura, descen-
su & ascensu, sessione ad dextram & reditu

inde ad iudicium, quæ omnia non naturali sed personali actu ita in loco facta esse docet Scriptura, ut Christum alibi personali actu fuisse neget? si autem nullibi monstrari possit Filius Dei, ubi non sit incarnatus, uti Hasenreffer loquitur, utique in omnibus *ubi* erit incarnatus, non in solo matris utero. Si eodem actu personali, quo in carne, in cæteris quoque creaturis subsistat, necesse dixeris, Christum aut non solam carnem, sed & reliquas creaturas actu personali terminare, seu carnem æque actu personali in creaturis subsistere, ac proinde cum iis in personam coire; aut discrimen inter incarnationem & ubiuitatem carnis in hoc tantum versari, quod λόγος præsentia intima, actu naturali subsistat localiter circumscriptive & visibiliter in utero, in cruce; in reliquis vero creaturis subsistat cum carne illocaliter, repletive, invisibiliter præsentia externa actu personali! dixeris, aut corpus omnipræsentia actu personali repletivo per clausum uterum egredi, & eodem actu personali quoque non egredi, actum personalem infinitum esse & illocalem, ac etiam non finitum esse sed localem! quæ omnino contradictoria sunt, quia circa idem corpus eodem actu personali! sic vero quidditas incarnationis & crucifixionis in sola apparitione naturali localique consistet, & omnia *Θαινωμένως* facta erunt, quia non actu personali: aut enim incarnatio &

& passio facta est actu naturali, aut personali;
 si prius, nil aliud, quam allæosis exagitata de
 novo statuitur, siquidem sola natura humana
 solo actu naturali sic erit passâ: sin postorius,
 corpus ubique incarnatum, crucifixum & se-
 pulchrum est, quia actu illo personali substitit u-
 bique: sic mentiti sunt Angeli: corpus non
 est hic! quia actu personali adhuc fuit in se-
 pulchro. (5) Inprimis realem corporis in
 cœna præsentiam arietat ubiquitas, cujus cau-
 sa inventa tamen est. Si enim corpus actu
 personali, illocali, repletivo subsistit in pane,
 & præsentia sacramentalis talis repletiva illo-
 calis est, ubique per illam *παραχρησιν* non
 minus erit in cæteris creaturis quam in pane,
 corpus in calice, & sanguis in pane, & sic in,
 cum & sub omnibus creaturis ubique posse-
 mus eo frui, nec opus fuisset peculiari institu-
 tione: & quia præsentia illocalis est, utique
 non ore utpote loco sumi posset corpus, quia
 jam tum os & corpus totum replet. Nam B.
 Lutheri glossa, *quod corpus unversale in solo
 pane sit comprehendendum*, & Brentii, quod
 in solo pane subsistat per *dispensationem*, in
 Scriptura nuspiam apparet: si enim jam tum
 adest, quid opus est dispensatione? ergo actus
 infinitus dispensari potest, ut illo aliquid sub-
 sistat univèrsaliter in omnibus *ubi*, & singu-
 lariter etiam in pane & ore tantum eodem a-
 ctu illocali? si hæc non contradictoria, nulla

sunt! Si per singularem dispensationem in
cœna corpus realiter præsens est, uti est, ergo
non per ubiquitatis modum universalem! ve-
strum vero effugium, quod omnipræsencia
carnis in carne *modum* tantum ex actu perso-
nali, *fundamentum* vero e Sacramenti institu-
tione habeat, nihil ad rem facit, quia sola Sa-
cramenti institutio utrumque præstat, non
communicatio idiomatum. (6) Ast ubiqui-
tatis opinio præstantissimorum virorum men-
tes obfuscavit, ut falsa personalis unionis &
communicationis forma sibi concepta doctri-
nam hanc obscure satis tradiderint, quasi actus
subsistendi personalis in humanitate fiat tan-
tum ex essentia divina infinita, cumque per-
sona ex hac infinita illam indistanter & inse-
parabiliter unitam habeat, hinc fieri aliter non
posse, quin & eam in suam infinitatem mutet,
& ut aliquid tertium essentiale carni aliam
nempe divinam essentiam e communicatione
superinducat & sic naturas exæquet, ut altera
alteri & humana sibi personæ infinitæ ubique
coexistat illocali actu, quæ ipsissima opinio
Eutychen abripuit. Contra quam tota clamat
antiquitas, quod personalis unio naturas non
adæquet, non mutet, non confundat; & li-
cet naturæ non adæquate uniantur, & huma-
nitas non sit infinita, & in omnibus ubi, ubi est
divinitas, quod tamen propterea unio perso-
nalis non solvatur, quod, juxta B. Lutherum,
Chri-

Christus ubi , ubi fit , ibi fit & naturaliter & personaliter unica tantum & indivisa persona, nunquam & nusquam extra divinitatem & assumptam carnem sed totus intra utramque, ubicunque sit, ibi non ut solus Deus ^{ἁπλοῦς} sed semper & indistincte ubique ut ^{ἐνταῦρος}, ut Deus & homo; quia nec locus, nec mors, nec diaboli possunt unionem personalem inter naturas solvere; quia nunquam & nusquam a se segregat humanitatem semel assumptam; & si locus unicus monstrari possit, in quo DEUS ille fit & non etiam simul homo in sua carne, sic persona statim divideretur; ubicunque Deum collocaveris in eo etiam simul loco collocare debeas ejus humanitatem, quod in isto loco & ubique repletive in divinitate & naturaliter & personaliter subsistens, personaliter etiam & naturaliter in sua humanitate subsistat, etiamsi humanitas non sit repletive ubi est divinitas, exemplo animæ corpori inadæquate unitæ, quæ tota est in corpore, & tota in qualibet parte, nec tamen propterea unio solvitur, etiamsi una pars unitorum, corpus non fiat anima, aut pars corporis v. g. caput non sit ubi totum corpus, aut pars alia corporis v. g. pes est; quamvis multo artius ibi vinculum est inter subsistentiam ^{λογος} & carnem, ut etiam factus sit caro finita Joh. I. E quibus de commodiori doctrinæ de Christo methodo vobis cogitandum esse probe intelligetis.

§. VII. In Tertio communicationis
APOTELESMATUM genere Phrasin
 Chalcedon. obscuram, quod hic natura utra-
 que agat cum communicatione alterius, cum
 actiones non sint naturarum sed personæ,
 Formula Conc. melius expreslit, quod *per-*
sona in, cum, & secundum utramque naturam
 agat proprium cuiusque opus, cum commu-
 nicatione tamen, ut duas naturarum opera-
 tiones alternet, ac ut Deus humanas, ut ho-
 mo vero divinas agat, easque ad unum finem
 mediatorium sic uniat, neutiquam vero quod
 sola humana natura per allæosim patiatur. Ve-
 rum malefana Ubiquitas Formulam rursus a
 recta via seduxit, quod natura ipsa humana
 per quendam Physicæ essentiae suæ deificatæ
 influxum applicet redemptionem, dum sangui-
 nis substantia purificet substantiam animæ, &
 corpus tanquam medicamentum spirituolum
 vivificet corpus, ac propterea carnem e di-
 vina virtute elevatam, ac inprimis ipsi omni-
 præsentiam communicatam esse, ut per suam
 substantiam in electorum substantias ad salu-
 tem, justificationem & sanctitatem efficien-
 dam & augendam omnipræsender possit agere;
 ut nemo unquam satis demirari possit tam stu-
 pendam Formulæ audaciam, quæ in Catalogo
 Testi. tot præstantissimis Veterum testimoniis
 ad malam ubiquitatis causam & triplex com-
 municationis genus antiquitati prorsus inco-
 gni-

gnitum, a Scholasticis demum inventum, & a Formula interpolatum, pertractis, & doctrinam orthodoxam & Concordiam suam ingenti cum Ecclesiae calamitate & periculo tam misere foedavit.

§. VIII. Utinam enim serio perpendatis quantopere ubiquitas ab ipsa Formula concordiae discordet & ipsum fidei catholicae fundamentum arietet tam substantiale quam organicum! Etenim Artic. III. pio zelo ut fidei & Ecclesiae substantiale fundamentum arctissime tenendum urget, *quod fidei iustitia non sit Christi iustitia essentialis* (vel divinae essentialiter, vel humanae personaliter) quae in Electis habitet eosque ad bene agendum impellat, & p. 696. quod neque in divina natura per se (seu in essentia sua) vel per suas essentialis proprietates, neque in humana per communicatas divinas, *sed in sola tota & perfectissima personae obedientia* juxta utramque naturam agendo & patiando, traditione corporis & effusione sanguinis tanquam pretii redemptionis soluti praestita, consistat, probans id e. 1. Joh. I, 7. Sanguis Christi emundat nos &c. En vero vobis humanae mentis imbecillitatem & opinionis pestem, quae Formulam minime *θεοπνευστον* ac infallibilem, sed sui prorsus immemorem in transversum egit! dum enim ubiquitatis foetum tantum non tueri satagit, cum iisdem quos reprehendit, fanaticis com-

men-

mentatur p. 774. quod humana in Christo natura in exequendo officio cooperetur & adhibeat efficaciam suam i. e. virtutem & operationem non tantum e proprietatibus suis naturalibus, quousque earum virtus & efficacia progreditur, sed etiam præcipue secundum majestatem, gloriam virtutem & potentiam ex unione hypostatica per communicationem & exaltationem acceptam, & p. 778. quod propterea Scriptura quasi digitum intendat in humanam naturam, dum 1. Joh. I. inquit, Sanguis Christi &c. id autem *non de merito* sanguinis in cruce semel peracto seu obedientia (ad quam humana natura & secundum humanas essentielles proprietates suas & divinas communicatas omnino efficaciter influit) accipiendum esse, sed Johannem eo in loco ea de re agere, quod in negotio justificationis & sanctificationis non tantum divina in Christo natura, sed etiam ipsius sanguis *per modum efficacie* nos ab omni peccato emundet, & quod caro Christi (quoad *φύσιν* suam) sit vivificus cibus, Joh. VI. e quo loco Concil. Ephesinum pronunciaſſe dicitur, carnem Christi habere vim vivificandi seu essentialem divinam vivificandi proprietatem juxta modum regni naturæ: & p. 773. dicit, quod mediator hoc suum officium peragat secundum utramque naturam divinam & humanam, scil. non per modum meriti & obedientiæ, id enim
for-

formula remover, sed per modum efficaciae seu spirituosus influxus in hominum essentias, quas per essentiam suam mundet, vivificet & immutet, ac ea propter *essentiales* Dei proprietates accepisse inprimis omnipresenciam, per unionem & p. 783 per sessionem ad dextram Majestatis & virtutis divinae, ut videlicet Christus non tantum secundum divinam naturam sed & humanam ubique praesens esse possit, ubi velit, & corpore & sanguine suo naturas nostras sanctificare & purgare; quam ob rem etiam coenam suam instituisse dicitur, ut testetur, se etiam secundum eam naturam, qua carnem & sanguinem habet, *nobiscum* esse & replete in *nobis habitare, operari & efficacem* esse velle per substantiam scilicet divinitatis & carnis. Haec quomodo cum prioribus conciliari aut ab errore fanatico fundamentaliter absolvi possint, nulla ratione assequor.

§. IX. Sic Formula Artic III rectissime asserit fundamentum salutis *organicum* esse (a parte Dei) p. 685. quod *totius personae obedientia* per spiritualiter efficax *Evangelium & in Sacramentis a Spiritu Sancto* non per Christi substantiam *nobis offeratur*, & a parte nostri *per fidem* (per verbum & Sacramenta non per influxum substantiae Christi in nobis productam *applicetur & apprehendatur*. p. 696. & quod hoc modo fides nostra respiciat.

ciat in *Personam Christi*, quatenus illa sese legi Dei subiecit, peccata nostra pertulit, sanguinem pro nobis effudit &c. Et rejiciunt Confessores capropter *errorem*, quod fides respiciat non tantum obedientiam Christi, sed divinam ipsius naturam & humanam e communicatione in divinam reformatam seu immutatam, quatenus videl. ea in nobis habitent per fidem fanaticam (quæ substantiam nostram ad substantiam Christi applicet & spirituosum modo uniat & tinctura immutet, & sic per modum creatricis potentia operetur) & quod per hanc inhabitationem (ex omnipræsencia carnis & divinitatis effectam) nostra coram Deo peccata tegantur & mudentur &c. uti hodiernum Leade Offenbar. p. 86. p. 116. p. 130. loquitur: Daß die Jungfrau Sophia / die gleichwesentliche erschaffende Krafft in der Gottheit / Gottes Braut und Ehegemahl / aus welcher das ewige Wort in einer besondern Persönlichkeit ausgegangen / die Persönlichkeit Christi in mehrer Anzahl ausgebahre / indem sie als ein kräftiges in die Seele eindringendes Hauchen / als ein ringierend h. e. die Natur durchdringendes und inwendig in Wesen verwandeltes Blut / als eine lauffende und Wesentlich machende Licht- und Feuer-Flamme von G O T T in der Person Christi und in einem Jungfräulichen Geiste übergetragene und in die Menschheit Christi einge-

eingeführte und mitgetheilte Krafft der Gott-
heit / nach und nach in andere über und einge-
führet wird / derhalben wir den Glauben nicht
müssen auff seine Person richten / sondern auff
seine Wesentliche und der Menschheit mitge-
theilte Gottheit müssen setzen / wie derselbe uns-
ere Seelische Esence inniglich berühre / und
mit solcher sich Wesentlich vereinige / und uns
eben dadurch unsere mit der Seinigen verein-
barte Macht wieder zu wege bringe / 2c. Sed
en vobis Formulam ex ubiquitatis opinione,
miserabiliter æque hoc fundamentum sub-
vertentem! dum e Veterum testimoniis de-
pravatis asserit, p. 865. *Carnem Christi e con-
junctione verbi ad verbi virtutem reformatam*
(hinc ubique in omnibus præsentem) *salu-
tis & sanctificationis causam esse participantibus*
seu ore essentia Christi spirituosâ vescen-
tibus p. 845. e *Carne Christi* (in verbo & Sa-
cramentis concomitative tanquam in vehi-
culis præsentem) *in nos firmiter possidenda tra-
di &c.* e quo pestifero fonte vestri prorsus
fanatici flosculi pullularunt Addr. pag. 32.
Daß die gerechtfertigende / stärckende / heiligs-
gende und erquickende Krafft des Herrn Jesu
genauer als durch die bloße gläubige Erfassung
geschicht / denen den Leib Christi genießenden
mitgetheilet werde / welche Krafft nicht von dem
Glauben / sondern von der Würckung des Lei-
bes und Blutes Christi dependire / da sie auf
eine

eine unaussprechliche Weise mit dem Wesen
des Leibes und Bluts Christi / so im Abends-
mahl verheissen / vereiniget werden ; wie denn
auch in den Ungläubigen nicht durch ihren Un-
glauben / sondern durch den Leib Christi auff
eine besondere Art (modum efficaciarum oder in-
fluxum) die Verdammniß aemuliret werde.
Id quod etiam fanaticorum deliria longe ex-
cedit.

§. X. Accidit hinc proh dolor ! quod
B. Lutherus F. C. p. 683. nobis cecinit ut va-
tes, quod hoc unico de iustitia fidei articulo
ubiquitatis fermento corrupto Protestantium
Ecclesia semper plena fanaticarum sectarum,
quia impossibile est, ut sic uno spiritui fan-
tico recte obviam iri possit, non minus vete-
rum Schwenckfeld. Anabapt. Flacian. Osiand.
Weigel. Quak. Independentium &c. quam
eorum, de quibus Dn. D. LÖSCHERUS, perdo-
lenter conqueritur, quod ingenti cum con-
cordiæ & pietatis damno paria cum prædictis
palam in Thesibus suis tradant (a quibustam-
en multi veræ pietatis Cultores alieni sunt,
& incusatos meliorem verborum suorum ex-
plicationem daturus spero) scil. imaginem
Dei, in qua hominis salus constabat, equidem
qualitatem bonam induxisse homini in men-
te & effectibus (D. Breithaupt Thes. pag. 16.)
sed *quoad esse suum* fuisse tertiam hominis in-
tegræ essentialem partem, *Spiritum* nempe,
uno

uno spiraculo *uitarum* duarum *animali* una & *spirituali* altera *naturaliter* concreatarum (p. 28.) e quo ultimo perpetuum in hominem *influxum* fuisse omnis divinæ plenitudinis, (p. 29.) eumque ipsum radicale & exordium vitæ veræ ipsius animalis fuisse (p. 28.) & sine eo hominis *essentiam* haud esse integram: hanc vero imaginem *quoad gradus* manifestationis in statibus integritatis, regenerationis & resurrectionis distinctam quidem, sed *quoad essentiam* utrobique *eundem* esse *Filium* Dei (p. 31.) in cuius imaginis restauratione, seu ut Filius Dei in carne nostra rursus fiat conspicuus, totam Christianam doctrinam, fidei, pietatis ac salutis opus versari, (p. 224.) dum Filius Dei (habe seine gesegnete Menschheit wieder in die ganze Menschheit eingeführet / ut Arnold loquitur, die durch die erste Verheißung wieder in die ganze Menschheit seu eingesprochen / ut D. Neufs contra Dipp. ait) rursus mancā naturam humanā scil. duas partes reliquas animam & corpus assumtum, affluxu imaginis Dei seu plenitudinis divinæ, seu naturæ divinæ, seu Spiritus divini ex omnibus attributis Dei seu gloria divina (quæ cuncta ipsæ æquipollent) constantis in personali unione & communicatione unxerit (p. 3.) qui deinde in persona sua in carne viribus divini spiritus agendo & patiēdo nobis promeruerit *unam* justificationis partem *privativam* remissionem scil. peccatorum (in quam humana ejus natura influxerit *per modum meriti* (p. 156.) ut ipse deinde *alteram* partem *justificationis*

C

veræ

veræ, *positivam in hæsivam* nempe ex ipsis viribus
Spiritus, quo in passione, morte, resurrectione
 & exaltatione egerit, seu e divina essentia glo-
 riaque ejus attributorum communicata nobis
 rursus posset communicare imaginem Dei ami-
 ssam seu divinam suam naturam, seu vires spi-
 rituales, seu benedictionem, seu Spiritum promif-
 sum (quæ ipsi Synonyma) p. 152. ad quam par-
 tem *per modum efficacie* caro Christi concurrat,
 (p. 154) qui Spiritus deinde in credentibus habi-
 tet in hæsive, ut *influxu* suo eos tanquam princi-
 pio omnis vitæ spiritualis & actionum bonarum
 e plenitudine divinitatis Christi (p. 114) per mo-
 dum efficacie ad bene operandum impellat, &
 sic non tantum externe imputative, sed in hæsive,
 positive justos coram Deo efficiat (p. 120) quia
 sanctificationi non aliter locus nisi humana
 Christi natura ex inhabitante divinitatis pleni-
 tudine Spiritum vivificantem nobis impertiat,
 ut ipse sanguis Christi in luce ambulantes purget
 ab omni peccato (p. 217.) Hanc vero amissæ ima-
 ginis divinæ collationem fieri *ordinaria via per*
fidem in promissionibus divinis sperandorum in
 Christo bonorum (p. 143) scilicet de communi-
 canda nobis natura divina mediante humana,
 quæ e communicatione divinæ naturæ & attri-
 butorum in primis omni præsentia in morte pro-
 meruerit & in resurrectione acceperit faculta-
 tem hanc, ut per carnem & sanguinem suum,
 tum in Sacramentis, in primis in coena *Spiritum*
 sui

sui corporis & sanguinis vivificantem (p. 37.) seu ipsam naturam divinam in nostram humanam essentiam rursus possit inchoative hac in vita & consummative cum apparitione externa in altera introducere, tum etiam in *verbo* in naturam hominis inferere divinam naturam (p. 140) seu Spiritum Christi in cordibus effundere, qui manente essentia humana ac vita naturali inchoet vitam spiritualem, seu motus spirituales & indolem divinam (p. 138) idque in verbo ministrorum *vere regnitorum*, qui soli hunc spiritum adepti eundem quoque aliis communicare possint, cum reliqui existentes carnales seu hoc spiritu carentes nil nisi mortuam literam sonent: atqui *hanc ordinariam* per Christum revelatam *salvandi per fidem* viam tantum esse Christianorum fidelium ad superiorem electorum ecclesiam pertinentium perfectorum h. e. qui perfecta voluntatis Dei agnitione & in crebriori verbi & sacramentorum usu per carnem Christi hoc spiritu tincti hac in vita ad *fidei victoriam de mundo* (p. 159.) seu justitiam & sanctitatem a Deo sponsæ Christi electæ definitam pervenerint. Altera vero per Christum mysticum in promissione Evangelii in totam humanitatem inspiratum & in imo hominum omnium corde latentem interna salvandi & *extraordinaria* via orthodoxis cæcis hactenus incognita ipsis est, qua juxta imperscrutabilia Dei judicia & impervestigabiles vias venerandæ Dei sapientiæ & justitiæ,

stítia, cum ex ipso, per ipsum & in ipsum omnes
sint, & non possit non omnibus iis, qui nihil per
specialem verbi vocationem de Christi persona
& officio externe audiverunt, *rectissime etiam
consulere* (p. 123.) scil. ut D. Petersen in Nube
Test. hoc mysterium aperuit) per diffusam œco-
nomiam & coelestem in omnes qui sibi non re-
sistunt, influxum omnipræsentem Christum
λόγον ubique in rerum natura imo prope in cor-
de omnium existentem, Rom. X. in eis operari
& motus interiores ipsis nescientibus (cum a-
pud renatos credentes alias semper in conver-
sione affectum voluntatis ante intellectum et-
iam moveat. (p. 191.) ad bene operandum pro-
ducere, ac proinde omnes ethnicos moratiores
secundum λόγον viventes in Christum credere
ac suo modo Christianos esse, atque sic quosque
pie in sua religione viventes per Christum uni-
versaliter ubique agentem, quamvis eum secun-
dum personam & passionem ignorent, quid;
etiam sine plena convictione rejiciant, salvari,
ast cum cæteris Christianis impiis & imperfectis
per ignem; quia scil. revelationis defectu bona
ethnicorum & certaminis neglectu Christiano-
rum tepidorum opera bona multis malis com-
missa in diversis purgatoriis, maris, mortis &
infernî, Act. XX. igne per æonas prius pur-
ganda sint a reliquiis carnis; qui quamvis vero
per Christum tanquam lucem in ipsis adhuc post
mortem residuam atque unicam ipsorum vitæ
in

in inferno portam salventur, ad inferiorem tamen tantum beatorum Ecclesiam tanquam sponsæ ancillæ perventuri. Hisce & similibus in omnes fidei articulos grassantibus, quomodo Ubiquitatis defensores solide obviam ire possint, nullus perspicio; parum enim refert, utrum Christum per divinam suam an per humanam naturam e communicatione in divinitatem reformatam in omnibus ad vitam & sanctificationem omnipræsenter agentem vel sine mediis vel cum his concomitative tanquam in vehiculis in essentiam nostram agentem eamque sic salvantem vel per vulgarem vel per particularem magisque efficacior gratiam asserueris. Ipsissima enim hæc est fanaticorum doctrina nunquam in Ecclesia Dei vera proposita & recepta, mihi certe prorsus persuasum habeo, singulari Dei providentia factum esse, quod nec Reformati, nec a vobis culpati Novatores ubiquitati annuerint, ne Ecclesia Dei catholica tam periculoso commento implicaretur.

§. XI. Quapropter Viri Reverendissimi! omni quantum queam, animi contentione per veritatis amorem, per Ecclesiæ salutem & pacem, maxime rogatos vos volo, ut nimio concordie Formulæ, in cæteris etiam laudem merentis, ast hac in parte aliquid humani passæ, amore posthabito, si minus in Reformatorum gratiam, saltem propter Ecclesiæ nostræ periculum &

incrementum in commune nunc consulatis, & pacis inter Protestantes conciliandæ magis quam hætenus factum, studeatis, quo & Reformatos præter justum & æquum in multis gravatos nobis reconciliemus, & tot præstantes e nostris Viros, si fieri possit, recuperemus. Affulget nobis commodissima occasio in Serenissimo magnæ Britannæ Rege, quem, uti Ecclesiæ nostræ eximium decus & præsidium est, sic certe arctissimam inter nos & Reformatos copulam, juxta ac Episcopalis Ecclesiæ Antistites Viros ingeniosissimos & Ecclesiæ nostræ & concordie semper propiores, cum omnibus vere piis & ingenuis fautores habebimus & cooperarios, ipsum vero DEum T. O. M. certissimum auxiliatorem & remuneratorem, cuius gratiæ Vos Vestraque tanta in Ecclesiam & veritatem studia, me vero precibus vestris & favori commendatum habeo.

V. V. Reverendisf. Dign.

Cönnneriæ Magdeb.

Cal. Jan

M. DCC. XV.

Studiosissimus

Balthaf. Winckler,

Conariensis.

&
am
ros
no-
ris
get
no
fia
fic
co-
tes
on-
ere
pe-
lli-
ra-
ri-
ori

t,



